

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna an  
cum fontibus primis

O beata regio paradysi!

O beata regio deliciarum ad quam suspiro de ualle lacrimarum,  
ubi sapiencia sine ignorancia, ubi memoria sine obliuione,  
ubi intellectus sine errore, ubi racio sine obscuritate fulgebit!

Quinta regio est paradisus supercaelestis. O beata regio supernarum virtutum,  
in qua beata Trinitas a beatis facie ad faciem videtur,  
ubi illa sublimia agmina sublimi pennarum applausu  
SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS DOMINUS DEUS SABAOTH clamare non cessant!  
Locus voluptatis, ubi torrente voluptatis potantur iusti;  
locus splendoris, ubi iusti fulgent sicut splendor firmamenti;  
locus laetitiae, ubi LAETITIA SEMPERNA SUPER CAPITA EORUM;  
locus abundantiae, ubi nihil deest videntibus eum;  
locus suavitatis, ubi appetet Dominus suavis universis;  
locus pacis, ubi IN PACE FACTUS ESET LOCUS EIUS;  
locus admirationis, ubi sunt mirabilia opera eius;  
locus satietatis, ubi satiabimur cum apparuerit gloria eius;  
locus visionis, ubi videbitur visio magna.

O regio sublimis, plena divitiarum! De valle lacrimarum suspiramus ad te,  
ubi sapientia sine ignorantia, memoria sine obliuione,  
intellectus sine errore, ratio sine obscuritate splendebit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 43.7 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.260, ll.9-20).

Beati qui habitant ibi et laudabunt Deum in secula seculorum amen.

Beati qui habitant in domo tua in saecula saeculorum laudabunt te diapsalma (Psal. 83:5).

Regnum Dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur. Conceditur in predestinacione,  
promittitur in uocacione, ostenditur in iustificacione, percipitur in glorificacione.

Regnum Dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur. Conceditur in praedestinatione,  
promittitur in vocatione, ostenditur in iustificatione, in glorificatione percipitur.

Bernardus in sermone.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 21.1 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.169, ll.2-4).